

mi seruitium, quod à sua exigit familia pro modica temporali mercede, ad obsequia, quæ magnus paterfamilias à nobis requirit pro summa, ac æterna mercede. Quis enim dominus seruis concederet vt in paucioribus sibi domino, in pluribus seruiret sibi ipsis, & non potius, vt Lucæ. 17. dicitur. Quis vestrum habet seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi statim. Transi, & recumbe, & non dicat ei, para quæ cenem, & præcingete, & ministra mihi donec manducet & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes? Sed pauciora à nobis requirit Deus, plura nobis indulget. Taceo de auxiliis, quæ temporalis dominus suis seruatoribus dare non potest. Ecce manifestum est iugum domini non tantum leue, sed & leuissimum fore, cui leuius etiam inter homines inueniri non potest.

Nec modo leue sed iuctudum, & sua ue est iugum domini, quam suauitate operatur charitas, quæ diffunditur in cordibus fidelium per spiritum sanctum eis traditum, vt dicit apostolus Roma 5. Lex quidem Christi lex amoris est, quam non nisi amando implemus. Sed quid poterit esse difficile amanti? Omnia sua, & immania prorsus facilia, & prope nulla efficit amor, ait Augustinus ser. 9. de verbis euangelii. Quod etiam per locum à maiori manifestat. Nam amor temporalium durissima, quasi leuia facit tolerare. Sic secari, & vni se homines patiuntur, vt dolores non æterni, sed aliquanti durioris vlceris acriorum dolorum præcio redimantur, vt dicitur. In languida, & incerta uocationis breuissima, atque vltima vita, immanissimis bellis homo malus interit, plurimis fortasse annis in laboribus inquietus, quam in octo quieturus. Quibus tempestatibus, & procellis, quam horribilibus, & tremenda seuitia cæli, & maris importuni sunt mercatores, vt diuitias venturas acquirant, maioribus, quam quibus acquisitæ sunt periculis, & tempestatibus, plenas? Quos ætus, quæ frigora, quæ pericula, ab æquis, à fossis, à præcipitiis, à fluminibus, à feris, perferunt venatores? Quem laborem esuriendi, & sitiendi, quantas vilissimi, & sordidissimi cibi, & potus angustias, vt bestiam capiæ? In his omnibus, qui hæc non amant, eadem grauiâ patiuntur, qui vero amat eadem in quidem, sed non grauiâ pati videntur. Quot ergo certius, & facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas, fecit. Quam facile toleratur quælibet aduersitas temporalis, vt æterna pena vitetur, æterna requies comparetur. Concorditer ad idem loquitur Chryf. lib. 1. de compunct. cor. per longum ita tandem subiungens. Si amor hominum frequenter etiam mortem subire persuasit, quomodo non amor Christi non solum laboris patientiam, sed etiam mortem subire persuasabit. Hoc amore Christi accensis sancti Dei, leue ducebant spernere omnia mundi huius prospera, & amplecti que libet aduersa. Nec contenti præceptis nisi supererogarent omnia persuasa in consiliis. Nec expectabant afflictionis fortis illatas, sed continuus abstinentiis laboribus, disciplinis, extenuationibus, sua corpora macerabant, in omnibus morientes sibi, soli Deo viuentes. Ex quorum persona loquitur propheta. Propter te, inquit, mortificamur tota die. Et apostolus secundo Cor. quarto. Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Sed profecto aderat eis spiritus illatus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spiritali in affluentia deliciarum Dei, in ipse futuræ beatitudinis omnia præsentia deliniret aspera, & omnia grauiâ releuaret. Sic suauè iugum Christi: & leuem sarcinam portabat apostolus, qui cum patere dura, & immania. 2. Corint. 11. & 12. enumerata, quæ omnis audiret horrescit leuem tribulationem diceret, intuens interioribus, & fidelibus oculis, quantum præcio temporalium